



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum ista nomina sint synonyma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. VII. DE SIMPLI. DIV. ESSENT. ART. V.

In corp. art. tiones horum nominum esse veras deo, q̄ tamē nō affluit affirmations esse falsas, sed incom-  
pactas. Quantum h. ad rem significatam, Deo vere

attribuuntur, que in eo aliquo modo est, ut iā often-  
sum est; sed quantum ad modum quem significat, deo vere

In corp. art. attribuuntur, ut dictum est. Et ideo absolute deo possumus negari, quia ei non cōuenient per modum qui significatur: modus, n. significatus est, q̄ sunt in intellectu nostro, ut dictum est. Deo autē conuenient sublimiori modo, unde affirmatio incom-  
pacta dī, quasi nō oīno cōuenienter coniuncta pp di-  
uersum modum. Et ideo fm doctrinā Dionyl. tri-  
pliciter ista deo dicuntur. Primo quidem affir-  
mative, ut dicamus Deus est sapiens. Quod quidem de eo oportet dicere, propter hoc qui est in eo similitudo sapientiae ab ipso fluentis: quia tñ non est in

In corp. art. Deo sapientia; qualem nos intelligimus & nomina-  
mus, potest vere negari, ut dicatur, Deus non est sa-  
piens. Rursum quia sapientia non negatur deo, quia ipsa deficiat a sapientia; sed quia supereminen-  
tia est in ipso quā dicatur, aut intelligatur: ideo

In corp. art. oportet dicere quod Deus sit super sapiens. Et sic per ipsum triplicem modum loquendi, secundum

In corp. art. quem dicitur Deus sapiens, perfecte Dionyshus dat

In corp. art. intelligere, qualiter ista Deo attribuantur.

AD TERTIUM dicendum, quod ista nostra dī significare diuinos p̄cellus, q̄a primo sunt imposita ad significandum istas p̄cessiones, fm q̄ sunt in creatu-  
ris, & ab eisū similitudine intellectus noster manu-  
ducitur, ut hmoi. Deo eminentiō modo attribuat.

AD QUARTUM dicendum, quod verbum origi-  
non est intelligendum, quod hoc intendimus signi-  
ficare cum dicimus, Deus est sapiens, quod Deus est  
causa sapientiae: sed quia ex sapientia quam causat,  
intellectus noster manuducit, ut sibi sapientiam  
supereminenter attribuat, ut dictum est.

AD QUINTUM dicendum, q̄ cum dī Deus intelli-  
gēs, notatur p̄ se sui causat, q̄a nōmē qd̄ sui causa-  
ti substantia significat, sibi nō definite attribui pot,  
fm q̄ modis nōmē nōmē significat. Et sic hoc nōmē  
quānūs eraliquo modo conueniat, nō tamē cōuenit  
ei ut nōmē eius: quia id quod significat nōmē, est  
definitio: causa vero conuenit, ut nōmē eius.

AD SEXTUM dicendum, q̄ ratio illa probat quod  
Deus non potest nominari nomine, substantiam, ip-  
sius definitio, vel comprehendente, vel adaequan-  
te. Sic enim deo ignoramus quid est.

AD SEPTIMUM dicendum, q̄ sicut oīa participat  
nei bonitatem, non eandem numero, sed per simi-  
litudinem ita participat p̄ similitudinem esse dei. Sed in  
hoc differt, nam bonitas importat habitudinem ali-  
cuius causa, et enī bonum diffusum sui: essen-  
tia autem significatur in eo, in quo est, ut quiescens.

AD OCTAVUM dicendum, q̄ in effectu inueniēt ali-  
qd p̄ quod assimilatur sua causa, & aliqd p̄ quod a  
sua causa differt. Quod quidē conuenit ei vel ex ma-  
teria, vel ex aliquo hmoi: sicut patet in latere indu-  
rato p̄ ignem. Nā in hoc q̄ plutum calefiat ab igne,  
igni similitur: in hoc vero q̄ calefactum ingrediet,  
& inducetur differt ab igne: sed hēt hoc ex materia  
conditione. Si ergo id in quo later igni similitur, de  
igne dicatur, propriè dicetur de eo, & eminentius, &  
per prius. Ignis enim est calidior quam later, & ite-  
rum eminentius: nam later est calidus quasi calefa-  
tus, ignis autem naturaliter. Sive id in quo later

Fab ignē differt, dicamus de igne, falsum erit, & no-  
men huiusmodi conditionem in suo intellectu ha-  
bens, de igne nō poterit dici, nisi metaphorice. Fal-  
sum est erām ignē, qui est subtilissimum corporis  
grossum dici. Durus autē dici potest, proper vo-  
lentiam actionis, & non facilem potentiam passionis.  
Similiter consideranda sunt in creaturis quadam,  
secundum quā Deo similantur, que quantum ad rem  
significatam, nullam imperfectionem importan-  
sicut esse, vivere, & intelligere, & huiusmodi. Et illa  
proprie dicuntur de Deo, immo per prius de ipso,  
& eminentius quām de creaturis. Quādā vero tam  
secundum quā creature differt a Deo, consequētū  
ipsum prout est ex nihilo, sicut potentialitas, prati-  
cio, motus, & alia huiusmodi. Et ista sunt fata de  
Deo. Et quācumq; nomina in sui intellectu conde-  
ntiones huiusmodi claudunt, de Deo dici nō possim-  
us metaphoricē, sicut leo, lapis, & huiusmodi pro-  
per hoc quod in sui definitione habent materiam.  
Dicuntur autem huiusmodi metaphoricē de Deo  
propter similitudinem effectus.

AD NONVM dicendum, q̄ ratio illa procedit de  
eo, quod significat substantia definitive, vel circumscrip-  
tive. Sic autem nullum istorum nominum sub-  
stantiam Dei significat, ut dictum est.

AD XI. dicendum, quod quām huiusmodi per-  
fectiones in Deo sunt ipsa diuina substantia: tamē  
creatura non sunt substantiales praedictæ diuina per-  
fectiones. Et ideo secundum eas creaturas nō dicun-  
tur Deo ea dem, sed similes.

AD XII. dicendum, quod hoc eset contra natu-  
ram, si sapientia eiusdem rationis cum ea que ad-  
cidens, in Deo eset: hoc autem nō est verum, et en-  
praedictis patet. Nec tamen auctoritas inducit ei ad  
propositum: nihil enim contra naturam Deus facit  
in scipio, quia in scipio nihil facit.

AD XII. dicendum, quod complexio huius tem-  
ni cum dicitur, Deus bonus, non refutat ad aliquā  
compositionem que sit in Deo: sed ad compo-  
nem quā est in intellectu nostro.

AD XII. dicendum, q̄ Deus subterfugit formā in-  
tellectus nostri quasi oīen formā intellectus nōn  
excedens: non autem ita q̄ intellectus noster feci-  
dum nullam formam in intelligibile Deo assimilatur.

AD XIII. dicendum, q̄ ex quo intellectus huius  
diuinā substantiam non adēquat, hoc ipsum quod  
est Dei substantia remanserit, nostrum intellectu ex-  
dens: & ita a nobis ignoratur. Et propter hoc illud  
est ultimum cognitionis humanae de Deo, q̄ scire  
Deum nescire, inquit cognoscit illud quod Deus  
est, omnē ipsum quod de eo intelligim⁹ excede-

re. A R T I C U L V S VI.

Vtrum ista nomina sint synonyma.

Sexto queritur utrum ista nomina sint synony-  
ma. Et videtur q̄ sic. Synonyma enim nomina dicuntur que omnia idem significat: sed omnia illa  
nomina deo dicta significat idē: quia significat  
diuinā substantiam, quae est omnino simplex & in  
ut ostensum est. ergo oīa ista nostra sunt synonyma.

Pra. Dama dicit q̄ in diuinis omnia sunt vnum,  
prater ingenerationem, generationē, & processio-  
nem. sed nomina significatiā vnum sunt synonyma.  
ergo omnia nomina dicta deo, prater ea quā  
significant proprietates personales, sunt synonyma.

Pra.

Lib. 11. t. 2.  
39. cit. line.

**¶ 3 Præt.** Quæcumq; vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem: sed sapientia in Deo est idem quod sua substantia, similiter voluntas & potentia. ergo sapientia, potentia, & voluntas in Deo omnino sunt idem. Et sic sequitur q; ista nomina sunt synonyma. Sed dicendum q; ista nomina significant vnum secundum rem, significant tamen rationes diversas. Et ideo non sunt synonyma.

**¶ 4 Sed cōtra.** Ratio cui non respondeat aliquid in re, falsa est & vana: sed si rationes horum nominū sint multa, & res est vna, videtur q; rationes ista sint vanæ & falsæ. Sed dicendum, q; rationes ista non sunt vanae, cum eis aliquid respondeat quod est in Deo.

**¶ 5 Sed cōtra.** Secundum hoc res creatæ Deo assimilantur, secundum quod ab ipso processerūt per similitudinem idealēm: sed pluralitas idearum vel rationum idealium non attenditur secundum respectus ad creaturem: nam ipse Deus secundum vnam suam essentiam est idea omnī, ergo nec rationes nominū, quæ de Deo dicimus ex similitudine creaturarū, habent aliquid respondens ex parte diuina substantiae.

**¶ 6 Præt.** Illud quod est maxime vnum, nō potest esse radix & fundamentum multititudinis: sed diuina essentia est maxime vna, ergo rationes prædictorū nominū non p̄nt in diuina substantia fundari vel radicari. **¶ 7 Præt.** Distinctio relationum quæ realiter sunt in Deo, facit pluralitatem personarum. Si ergo illis rationibus communib; attributorum aliquid respondeat in Deo, etiam secundum multititudinem attributorum est in Deo multitudo personarum. Et sic essent in Deo plures personæ quam tres, quod est hereticum: & ita videtur quod penitus ista nomina sint synonyma.

**SED CONTRA.** Nomina synonyma sibi innicem adiuncta nugationem inducunt: sicut si diceret, vñis & indumentum. Si ergo ista nomina sint synonyma, erit nugatio, cum Deus dicitur bonus, Deus sapiens, quod est falsum.

**¶ 8 Præt.** Quicunq; negat vnum synynomorum de aliquo, negat & reliquum: sed aliqui negauerūt eius potentiam, qui non negauerunt eius scientiam, vel bonitatem. ergo ista nomina non sunt synonyma.

**¶ 9 Præt.** Hoc patet per comment. 11. Metaph. qui dicit, q; haec non dicit de Deo nō sunt synonyma.

**R E S P O N S U S.** Dicendum, quod ab omnibus intelligentib; cōmuniter dicitur, quod hec nomina nō sunt synonyma. Quod quidē facile est sustinere secundū illos qui dicebāt hæc nomina non significare diuinam similitudinem: sed int̄̄tiones quadam additas essentialēs, ut modos operandi in effectibus, vel cū creaturem negotiationes. sed supposito q; hæc nomina significare diuinam substantiam, sicut iū praestitum est, quæstio videtur maiorem difficultatem cōtinere, quia sic indenitur vnum & idem complex significatum per omnia ista nomina, quod est diuinam substantiam. Sed sciēdum q; significatio nominis, nō immediate referunt ad rem, sed mediante intellectu: sunt enim voices note earum quæ sunt in anima passionum, & ipsæ intellectus conceptiones sunt rerum similitudines, vt patet per Philosoph. in principio Periherme, quod ergo aliqua nomina nō sint synonyma, potest impediri, vel ex parte rerum significatarum, vel ex parte rationum intellectuarū p; nomina, ad quas significandas nomina imponuntur. Horum ergo nominū quæ de Deo dicuntur, synonyma impediti nō possunt per diversitatem rerum significatarum secundum præhabita: sed solum per

A rationes nominum quæ sequuntur conceptiones intellectuum. Et ideo dicit Cōmenta. 11. Metaph. quod multiplicitas in Deo est solum secundum differentiationem in intellectu, & non in esse, quod nos dicimus vnum secundum rem, & multa secundum rationem. Ita autem diversæ rationes in intellectu nostro existentes, non possunt tales rationes esse, q; bus nihil rispondeat ex parte rei. Et enim quorum sunt ista rationes, intellectus noster Deo attribuit.

Vnde si nihil esset in Deo, vel secundum ipsum, vel secundum eius effectū, quod his rationibus responderet, intellectus esset falsus in attribuendo, & omnes propositiones, huiusmodi attributiones significantes, quod est inconveniens. Sunt autem quādam rationes, quibus in re intellecta nihil responderet: sed ea quorum sunt huiusmodi rationes, intellectus non attribuit rebus prout in seip̄is sunt: sed solum prout intellecta sunt, sicut patet in ratione generis & speciei & aliarum intentionum intellectua lium. Nam nihil est in rebus quæ sunt extra animā, cuius similitudō sit ratio generis vel speciei: nec tamen intellectus est falsus, quia ea quorum sunt ista rationes, scilicet genus & species, non attribuit rebus secundum quod sunt extra animam, sed solum secundum quod sunt in intellectu.

Ex hoc enim q; intellectus in seipsum reflectitur, sicut intelligit res existentes extra animam: ita intelligit eas esse intellectas. Et sic sicut est quādam conceptio intellectus vel ratio, cui respondeat res ipsa, quæ est extra animā, ita est quādam conceptio, vel ratio, cui responderet res intellecta, secundum q; huiusmodi, sicut ratio in hominis vel conceptioni hominis, responderet res extra animam: rationi vero vel cōceptioni generis, aut speciei, responderet solum res intellecta. Non autem est possibile hīc esse rationes horū nōrum, quæ de Deo dicuntur, quia sic intellectus non attraheret ea Deo secundum q; in se est: sed secundum q; intelligitur, q; patet esse falsum. Estet enim sensus, cum dicitur, Deus est bonus, q; Deus sic intelligitur, non autem quod sit. Et ideo dicunt quādam q; illis diversis rationibus nominum respondentis diversa connotata, quæ sunt diversi Dei effectus, volunt enim quod cum dicitur, Deus est bonus, significatur eius essentia cum aliquo effectu connotato, vt sit sensus, Deus est & bonitatem cauſat: sicut diversitas harum rationum causatur ex diversitate effectuum, sed hoc non videtur cōueniens, quia cum effectus a causa secundum similitudinem procedat, prius oportet intelligere causam aliquam quam effectus tales. Nō ergo sapiens dicitur Deus, quoniam sapiētiam cauſat, sed quia est sapiens, ideo sapiētiam cauſat. Vnde August. dicit quod quia Deus est bonus, sumus: in quantum sumus, boni sumus. Et præterea fm hoc sequeretur q; huiusmodi nomina per prius dicerentur de creatura, q; de creatore: sicut sanitas prius dicitur de fano quam de sanitate, quod sanum dicitur ea ratione, quia sanitatem cauſat. Itē si nihil aliud intelligitur, cum dicitur Deus est bonus, nīl Deus est, & est bonitatis cauſator, sequeretur q; eadem rōne omnia nomina effectuum diuinorū de eo possent prædicari, vt diceretur, Deus est cœlum, quia cœlum cauſat. Et iterū si hoc dicatur de causalitate in actu, patet esse falsum: quia secundū hoc non possemus dicere q; Deus ab æterno fuerit bonus, vel sapiens, vel aliqd huiusmodi: non n. ab æterno fuit causa in actu. Si aut hoc intelligatur de causalitate secundum virtutem, vedi-

Li. 2. de do-  
ctr. Christi.  
na c. 32. l. 3.

catur

QVAEST. VII. DE SIMPL. DIV. ESSENT. ART. VII.

tatur bonus, quia est, & habet virtutem bonitatem infundendi, tunc oportebit dicere q̄ hoc nomen bonum significat illam virtutem: sed illa virtus est quadam supereminens similitudo sui effectus, sicut & qualibet virtus agentis aequiuoci. Vnde sequeretur q̄ intellectus concipiens bonitatem, assimilaretur ad id, quod est in Deo, & quod est Deus. Et sic ratione vel conceptioni bonitatis, respondet aliquid quod est in Deo, & quod est Deus. Et ideo dicendum est, q̄ omnes ista multæ rationes, & diversæ habent aliquid respondens in ipso Deo, cuius omnes istæ conceptiones intellectus sunt similitudines Constat enim q̄ vnius formæ non potest esse, nisi una similitudo secundum speciem, quæ sit eiusdem rationis cum ea; possunt tamen esse diversæ similitudines imperfectæ, quarum qualibet a perfecta forma representatione deficit. Cum ergo, vt ex superioribus patet, conceptiones perfectionum in creaturis inventarum, sint imperfectæ similitudines, & non eiusdem rationis cum ipsa diuina essentia, nihil prohibet quin ipsa una essentia omnibus predictis conceptionibus respondeat, quasi per eas im perfecte representata. Et sic omnes rationes sunt quædam in intellectu nostro, sicut in subiecto: sed in Deo sunt vt in radice verificate has conceptiones. Nam non essent verae conceptiones intellectus, quas habet de re aliqua: nisi per viam similitudinis illis conceptionibus res illa responderet. Diversitas ergo vel multiplicitas nominum causa est d' ex parte intellectus nostri, qui non potest pertingere ad illam Dei essentiam videndam secundum q̄ est: sed videt eam per multas similitudines eius deficientes, in creaturis quasi in speculo resultantes. Vnde si ipsam essentiam videret, non indigeret pluribus nominibus, nec indigeret pluribus conceptionibus. Et propter hoc, Dei verbum quod est perfecta conceptio ipsius non est nisi unum, propter hoc dicitur Zacharias. In die illa erit Dominus unus, & nomen eius unum: quando ipsa Dei essentia videbitur, & non colligeretur Dei cognitio ex creaturis.

In corp. art.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ licet ista nomina significant unam rem; multis tamen rationibus, ut dictum est. Et propter hoc non sunt synonyma.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ Damascus intelligit q̄ in diuinis omnia sunt unum secundum rem, præter proprietates personales, quæ realē personarū distinctionē constituant: tamen non excludit quin ea quæ de Deo dicuntur, ratione differant.

AD TERTIUM per hoc patet responso: quia sicut bonitas & sapientia, sunt unum secundum rem cum diuina essentia: ita & adiuicem, cum tamen rationes horum nominum differant, ut dictum est.

AD QUARTUM dicendum, q̄ iam patet ex predictis, q̄ licet Deus sit oīno unus, tamen istæ multæ conceptiones vel rationes non sunt falsæ, quia oībus eis responderet una & eadem res imperfecte p̄ eas representata; essent autem falsæ, si nihil eis responderet.

AD QUINTUM dicendum, q̄ cum omnimoda unitas sit ex parte Dei, & multiplicitas ex parte creaturarum, sicut oportet q̄ in Deo intelligentे plures creaturas sit una forma intelligibilis per essentiam, & multi respectus ad diuersas creaturas: ita in intellectu nostro ex multiplicitate creaturarum in Deo ascendentē, oportet quid sicut multæ species habentes relationes ad unum Deum.

AD SEXTUM dicendum, q̄ istæ rationes non fundantur in diuina essentia, sicut in subiecto: sed sicut in

F causa veritatis, vel sicut in representato per omnes quod eius simplicitati non derogat.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ paternitas, & filiatione habent oppositionem adiuicem, & ideo exigunt realē distinctionem suppositorum: non autē bipartitas & sapientia.

ARTICVLUS VII.

Vtrum huiusmodi nomina dicantur in creaturis vniuoce, vel aequiuoce.

Sc̄ptimo queritur vtrum huiusmodi nomina dicantur de Deo & creaturis vniuoce, vel aequiuoce. Et videtur q̄ vniuoce. Mensura enim & mensura sunt vnius rōnis: sed diuina bonitas est mensura omnis bonitatis creatæ, & eius sapientia omnis pietatis. ergo vniuoce dicuntur de Deo & creaturis.

¶ Præt. similia sunt quæ comunicant in forma de creature potest Deo similari, quod patet Ge. 1. Eamus hominē &c. ergo creaturæ ad Deum et aliquæ comunicatio in forma. De omnibus autē communib[us] in forma p̄t aliqd vniuoce prædicari. ergo de Deo & creatura p̄t aliqd vniuoce prædicari vniuoce.

¶ 3 Præt. Maius & minus nō diversificant speciem, cu[m] creatura dicatur bona, & Deus bonus, in hoc diffire. q̄ Deo est melior oī創造物 ergo bonitas

Dei & creaturæ nō diversificant secundum speciem, & sic vniuoce bonum p̄dicitur de Deo & creatura.

¶ 4 Præt. Inter ea quæ sunt diuersorum generum p̄t esse cōparatio, sicut Phil. probat in 7. Phyl. 1. p̄t enim cōparabilis est velocitas alterationis, velocitas motus localis: sed inter Deū & creaturā attendit alia cōparatio (dicitur. n. q̄ Deus & creatura bonus, & creatura est bona) ergo Deus & creatura sunt vnius ḡis: & ita aliqd de eis p̄t vniuoce prædicari.

¶ 5 Præt. Nihil cognoscitur nisi per speciem vnius rationis, non enim albedo quæ est in pariete per se p̄t esse in oculo cognoscetur, nisi efficiuntur rationes: sed Deus per suā bonitatem cognoscitur, & sic de aliis bona, & p̄ suā esse cognoscit oīa entia, & sic de aliis ergo bonitas Dei & creaturæ sunt vnius rationis, sic vniuoce bonum de Deo & creatura prædicatur.

¶ 6 Præt. Domus quæ est in mēte artificis, & domus quæ est in materia, sunt vnius rōnis, sed oībus creaturæ processerunt à Deo, sicut artificiata ab artifice, ergo bonitas quæ est in Deo, est vnius rationis cum bonitate quæ est in creaturæ, & sic idem quod primus.

¶ 7 Præt. Omne agēs equinoctiū rediicitur ad aliqd vniuocum, ergo primū agens quæ Deus est, operat esse vniuocum: sed de agente uninoco & effectu eius proprio aliqd vniuoce prædicatur. ergo de Deo & creatura prædicatur: aliqd vniuoce.

Sed contra est, quod Philosoph. dicit. 10. Metaph. quod aeterno & temporali nihil est communis nomē, sed Deus est aeternus, & creatura temporale, ergo Deo & creaturæ nihil potest esse communis nisi nomine, & sic prædicatur aequiuoce p̄t nomina de Deo & creaturis.

¶ 8 Præt. Cum genus sit prima pars definitionis, ablativo genere remouere significata ratio per nomē, vnde si aliquod nomē imponatur ad significandum id quod est in alio, erit nomē equitum cum: fed sapientia dicta de creatura est in genere qualitatis. Cum ergo sapientia dicta de Deo non sit qualitas, ut supra ostensum est, videtur q̄ hoc nomine sapientia aequiuoce prædicetur de Deo & creaturis.

¶ 9 Præt.